

D E D I C A T I O.

*uictō libello quodam, quem ad autorem Pa-
 racelsum referunt, in quo quatuor besse seu
 marce exiguntur) postulet, at acumen Phi-
 losophorum & rerum naturalium peritiam
 veram eamq̄, non exiguam, qualis in Sutri-
 næ desertores cadere non potest. Vestram ego
 amplitudinē, Viri Consultissimi, sicut præ-
 clarè de vera Chymia sentit, & ad imita-
 tionem magnorum Regum & Rerum publi-
 carum laudatissimarum professores eius nō
 auersatur, sed fauore amplectitur: ita ab
 impostoribus esse alienissimam, hancq̄ ani-
 mo sententiam deliberatam circumferre,
 non esse honore suo spoliandam artem, quā-
 quam à fauillis Paracelsicis pessimè tracte-
 tur, persuasum statutumque animo habeo,
 Equidem elaboravi in ea, quantum per re-
 liqua studia licuit. Sed quo amplius eam
 verso, eò arridet magis adeo, ut ad formam
 perfectarum scientiarum accommodare præ-
 cepta eius, & Aristotelea artium constitu-
 tione methodoq̄ Ramæa illustrare animum
 induxerim. Vidi nempe, quàm obscure, per-
 plexè & prauateq̄ eam descripserit Paracel-
 sus. A veris Philosophis membratim est ex-
 plicata dispersimq̄ tradita. Nam alicubi
 precipitur de sola Chrysurgia. Alicubi de so-
 la de-*

*

s

la de-